

ta in mobilibus quam immobilibus. capitulo lundensis ecclesie. do. lego. scoto et manutrado in perpetuum possidendum Tali condicione adiecta quod de redditibus ex dictis bonis prouenientibus post mortem meam deducantur due marche denariorum. vna marcha ad pictanciam canonicorum. dimidia marcha denariorum pauperibus scolaribus distribuatur. et alia dimidia marcha de eisdem redditibus ad oblaciones in missis animarum in die anniuersarij mei deputentur. Reliqua vero bona prefati opidj cedant mense canonicorum supradictorum in perpetuum. In cuius rei testimonium. sigilla discretorum virorum dominorum Nicolai magnusson. petri prefecti. johannis karlson andree nicleson. militum jacobi jon litleson armigeri et nicolai twesson vna cum sigillo meo. presentibus sunt appensa. datum et actum lundi anno domini MCCC primo. kalend. februarij XII.

*Öfverskrift.* De oppido krumholt de quo fit mencio apud registrum in littera .K. vnde teneatur anniuersarium domine johanne de stamsthorp.

1336.

1301 d. 20 Febr.

Finstad.

MARGARETA, Lagman Birger Perssons tjensteqvinnas testamente, hvarigenom Werstad i Tuna socken tillfaller Sigtuna kloster, Tuna och Lagga kyrkor.

A. 3. c.

In Nomine patris et filii et spiritus sancti amen, Ego MARGARETA villica Domini Byrgeri legiferi vplandie, sana corpore per dei graciā et mente, de patrimonio meo testamentum dilecti mariti mei Ragneri et meum condo et ordino in hunc modum, In primis fratribus predictoribus sicutunie, apud quos nostram eligimus sepulturam lego quatuor solidos terre in verstadum que est in olandia parochie Tunum, Ecclesie Tunum dimidium solidum terre ibidem perpetuo possidendum, Ecclesie in lafgeredi dimidium solidum terre ibidem perpetuo possidendum, sacerdoti in cuius parochia me mori contigerit: vtrumque pro dono et sepultura vnam marcham denariorum nunc visualis monete, huius ordinacionis testes presentes fuerunt, Domina Jngiburgis dilecta vxor domini byrgeri legiferi, et domina Ragnildis vxor dilecta domini Egardi, Domicelle Cecilia et Margareta, Fratres predicatorum petrus et folkmarus, Ragnerus maritus meus dilectus, Nicolaus procurator, laurencius elinuson uicinus noster, Jacobus camerarius domini mei, bero dagson, et alii plures, Exequatores huius mei testamenti peto dominum meum byrgerum peterson legiferum vplandie, dominum Egardum et petrum strala, quorum sigillis et presentes supplico Roborari, vna cum sigillo Domine mee Jngiburgis Actum in Finstadium Anno domini M°C°C°C° primo, X. kalend marci.

På frånsidan: Testamentum per fratrem Petrum lyendum procuratum.

Sigillen: N:o 2 skadadt, de öfriga bortfallna, remsvna qvar.